

180 Sigillum Martis aeneum operis elegantissimi rep. paullo ante a. 1774 in aggere antiquo *the Foss dike* inter Lindum et fluvium *Trent*; servabatur tum apud Ricardum *Ellison* in *Thorn* in *Yorkshire*; nunc est in museo Britannico. Mars omnino nudus est, caput autem galea cristata tectum, dextra in altum sublata videtur tenuisse hastam (quae deest), laeva pendente fortasse scutum (quod item deest). In basi inscriptum est litteris saeculi puto secundi medii (ut recte iudicavit GOUGH)

<i>in fronte:</i>	<i>in postica:</i>
a DEO · MAR · ET 9	b AD SESTER N E
NVB · AVG · COK	CELATVS AERAR
ASVNI BRVCCI	IVS FECIT · ET AERA
VS ET CARATIVS DE	MENTILIBDONAV
5 SVO DONARVNT	5 IT FACTAM X III

Contuli, meaque causa iterum inspexerunt A. W. Franks et A. S. Murray amici Londinienses; unde de lectione nunc videtur prorsus constare; Goughs *Camden* 2 p. 392 tab. 12 fig. 1. 2; I. Banks *Archaeologia* 14, 1803 p. 273.

a 1 MAR · FI Gough. 2 in fine COI Gough, COH aes; ultimum elementum non puto esse R imminutam; num L sit ideo in incerto relinquo, quod L reliquae in parte postica eiusdem tituli formam illam κ aliunde satis notam non habent.

b 1 in fine N E Gough. 5 EACTAM Gough.

Nomen gentile donatorum incertum est; observa praeterea compendium insolens vocabuli quod est *numinibus*; nisi potius latet nomen dei alicuius peregrini, ut proposuit Mommsenus. Titulo posticae puto indicari primum Martem illum factum esse pretio nummorum centum, deinde vero illud addi, aerarium, qui fecerit, donasse de suo libram aeramenti, quod in sigillum impendebatur, pretii illam denariorum trium. Aerario nomen fuisse Celato mirum est, sed non facile nomen donantis tacetur.

Deo Mar(ti) et nu(mini)b(us)? Aug(usti) Co[l]asuni Bruccius et Caratius de suo donarunt ad sester(tios) n(ummos) c(entum). Celatus aerarius fecit et aeramenti lib(ram) donavit factam X (denariis) III (tribus)

183 Lindi rep. a. 1865 *at the corner of Salt house lane*. Non est in museo Britannico; ubi servetur ignoro.

C · SAVFEIO
C · F · FAB · HER
MILIT · LEGIO
VIII
5 ANN · XXXX
STIP · XXII
H · S · E

Ed. Trollope *gent. mag.* 19, 1866 p. 816; L. Jewitt *the Reliquary* 7, 1866/7 p. 16.

Heraclea Sentic Macedoniae tribui Fabiae ascripta erat; cf. Grotefend *die röm. Tribus* p. 138. Titulus videtur esse saeculi primi.

C. Saufeio C. f. Fab(ia) Her(aclea); milit(avit) legio(ne) VIII; an(norum) XL, stip(endiorum) XXII. H(ic) s(itus) e(st)

185 Lindi rep. a. 1849 *in Monson street*. Servatur in museo Britannico dono Trollopii, qui ectypum gypseum domi servabat. Est cippus magnus fastigio ornatus; litterae sunt altae et tenues aevi Vespasiani.

tridens
delphinus delphinus
T · VALERIVS · T · F
CLA · PVDENS · SAV
MIL · LEG · II · A · P · F ·
7 · DOSSENNI ·
5 PROCVLI · A · XXX
AER · X III · H · D · S · P ·
H · S · E
ascia

181 Vas cretaceum forma capitis humani (servabatur apud Trollopiam, nunc est in museo Britannico). Infra atramento appictum est litteris bonis saeculi primi

DO MERCVRIO

Descripti et edidi act. acad. Berol. a. 1866 p. 787; A. W. Franks *proceedings of the soc. of antiq.* ser. II 3, 1867 p. 439.

Nolui seponere inter titulos instrumenti domestici, quia fortasse pertinuit ad sacellum aliquod Mercurii Lindense. Ollae forma capitum humanorum in Germania quoque et in Gallia repertae sunt; similem Eburacensem Thomas Gale descripsit et aeri incidendam curavit (Antonini it. Brit. p. 23).

D(e)o Mercurio

182 Basis non magna rep. Lindi a. 1859 in parte oppidi occidentali. Ex Trollopii museo pervenit in museum Britannicum. Litterae aliquantum evanidae sunt.

DIS · MANIB
G · IVLI · GAL
GALNI · LVG
VET · EX · LEG · VI
5 VIC · P · FIA · SEME

Descripti et ectypum reportavi contulitque mea causa iterum A. S. Murray. E. et A. Trollope *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 19.

2 CAL Troll. 3 CALNI ego. LVC Troll. 5 P · F · IASEMF Troll.; ut dedi etiam Murray, praeterquam quod P · EI legit. Quod dedi v. 5, in lapide est; neque visae sunt litterae illae restauratae esse a manu imperita. Supplevi exempli causa. Lugudunum Galliae fuisse ascriptum tribui Galeriae constat.

Dis Manib(us) G. Iuli Gal(eria) Gal[er]ni Lug(uduno), veter(ani) ex leg(ione) VI vic(trice) p(ia) f[id](eli). A. Semp(ronius) [... heres fecit]

184 Lindi rep. a. 1830 *opposite the city gaol*; servabatur in museo of the *Mechanics institution*, postea in claustro ecclesiae cathedralis, ubi iacet fractus. Est cippus fastigio ornatus litteris non bonis et aperte restauratis. Ectypum gypseum servabatur apud Trollopiam.

rosa
L · SEMPRONI · FLA
VINI · MIKTS · LEG · VIII
sic 3 CLACLVDI SEVERI
AER · VII · ANOR · XXX
5 ISPANICA · LERIA
CIV MA

Descripti ex archetypo et ex ectypo gypseo. I. S. Padley *gent. mag.* 18, 1842 p. 350 in tab. (inde Newton p. 112, 53 a; Henzen 6676), cf. ibid. 13, 1840 p. 79; E. et A. Trollope *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 6.

E litterae vv. 1—3 transformatae sunt a lapicida novicio in hanc formam E. Etiam initium v. 3 aperte perpressum est restauratorem, puto tamen in lapide fuisse quod dedi, ita ut lapicida antiquus erraverit pro 3 CLAVDI, quod voluit, exhibens 3 CLACLVDI, scilicet CL male iterato. 4 NNOR Troll., fortasse recte. 5 *Ispanica Leria* puto nomen uxoris esse cognomine anteposito neque cogitandum de Liria Edetanorum civitate (C. I. L. 2 p. 509). 6 CIVI Padley, quod non est in lapide. Legendum fortasse *civ(is)* [i. e. civis sua] *ma(rito)* aut *civ(is) Ma...*, ut indicetur patria feminae; de *civi ma(ximi) exempli* cogitavit Henzenus. Sed potest etiam esse *c(on)iu(nx) ma(rito)*; neque enim quidquam deest in fine. [*Ispani Galeria civi Ma...?* TH. M.]

Contuli; *Lincoln meeting of the archaeol. Institute* 1850 p. XXVIII; A. W. Franks *archaeol. journ.* 11, 1854 p. 25 (inde Grotefend *Bonner Jahrb.* 32, 1862 p. [35]); S. Birch *archäol. Zeitung* 1854 p. 456*; E. et A. Trollope *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 18.

6 E · D · S · P vel F · D · S · P priores; sed est H littera lacuna lapidis aliquantum imminuta. De Claudia Savaria v. C. I. L. 3 p. 525.

T. Valerius T. f. Cla(udia) Pudens Sav(aria), mil(es) leg(ionis) II a(diu)tricis p(iae) f(idelis), c(enturia) Dossenni Proculi, a(nnorum) XXX, aer(um) X... H(eres) d(e) s(uo) p(osuit). H(ic) s(itus) e(st)